

„de Vithusen preposito Jarbatensi, et Petro Ar:
„nulpki canonico Upsalensis ecclesiarum, testi:
„bus ad premissa vocatis et specialiter rogatis; sub
penis excommunicationis canonica monitione pre:
missa quam non parentes, et contraditores quos:
libet et rebelles huiusmodi mandatis nostris, imo
apostolicis, et consilium contra ipsa dantes, in:
currere volumus ipso facto, ac etiam interdicti
quo clerum, populum, universitates, ecclesias,
capellas, cimeteria, civitates, oppida, castra, sub:
urbia, villas, domos, et singulariter singula loca,
omnesq; et singulas terras juri, dominio ipso:
rum et cujuslibet eorum subiectas, aut per ipsos
detentas, captas, seu quomodo libet occupatas per
provinciam Livonie constitutas esturæ suppo:
suimus, ut quantum ad eos, et ipsorum quem:
libet communiter, seu divisim spectabat, infra
certum terminum in dictis literis nostris ex:
pressum jam diu elapsam, dictam civitatem
cum castro inibi per ipsos magistrum, et fra:
tres constructo, ac aliis castris, et fortalitiis qui:
buscunq; intra dictam civitatem, et ejus suburbia
constitutis cum eorum consuetis fructibus ju:
ribus, redditibus et proventibus pro ipsorum
gubernatione, et custodia nobis, et nulli al:
teri nomine dicti domini nostri, et sub ejus:
dem sedis dispositione tenenda, gubernanda,
libere et libera, et expedite reuniantur, trade:
rent ac etiam assignarent cum effectu, seun:
dam formam et tenorem mandati apostol:
lici nobis in hac parte commissi, prout hec et
alia, in eisdem nostris literis plenius continen:
tur. Ipsi tamen magister, mareschallus, pro:
=ceptores,

ceptores, et commendatores ac fratres predicti,
et quilibet ipsorum, quantum in eis fuit, et est
specialiter, atq; spectat his mandatis nostris,
imo apostolicis obedire, civitatem Bigam cum
castro, et aliis castris inter eam, et ejus subur-
bia predicta constitutis, cum eorundem juribus,
et fructibus nobis ad manus dicti domini no-
stri, et nomine ejusdem sedis tenenda assignare,
re remunerare, et tradere libere, pacifice, et cum
effectu omnino recusarunt, et recusant, et eos
assignari facere non curaverunt, neq; curant,
imo dictam exemptionis sententiam
damnablem incurrendo, et se indubitanter
laqueando, proceffibus memoratis per se, et
alios publice, et occulte, directe et indirecte, hui-
juscemodi mandatis apostolicis, in gravem con-
temptum ejusdem domini nostri, et sedis me-
morate ac plurimorum fidelium scandalum
perniciosè resistentes impediverunt, et im-
pediunt, prohibuerunt et prohibent, quominus
fieret, et fiat nobis assignatio, et resignatio
civitatis et castrorum predictorum, ac cuiusli-
bet eorundem, et alias in premissis, et quoti-
bet premissorum contradixerunt, et contradi-
cunt verbo, et facto mandatis apostolicis, no-
strisq; proceffibus, et sententiis factis et promul-
gatis, interdutum hujuscemodi ubiq; violantes,
et per alios violari facientes et procurantes, et
nichilominus fecerunt, et faciunt temere, et
injuste, quominus ad omnia alia et singularia in
ordinatione et literis apostolicis antedictis con-
tenta, nobis per dictum dominum nostrum
exequenda commissa, secundum formam et
tenorem.

tenorem earundem, prout intendebamus et intendimus, debite procedatur. Verum quia vitium paganitatis inuenit, quisquis apostolicæ sedi obedire contempnit, ut tanto, grauior ipsorum magistri et fratrum culpa appareat, et contemptus, quo magis in publicum merito eorundem deducatur rebellionis et transgressionis exemplum, ipsi etiam ut premittitur a catholica ecclesia iuste preiudici, utius ad sinum ejusdem redeant, ac apostolicis veniant obtemperare mandatis, nullaque negligentia, aut remissio nobis in executione premissorum, et cuius libet eorum, secundum traditam ab eadem sede nobis formam quomodo libet valeat imputari, vos et vestrum quem libet auctoritate apostolica predicta nobis in hac parte commissæ, tenore presentium requirimus, et si hilominus in virtute sanctæ obedientiæ, et sub pena excommunicationis directe precipiendo mandamus, quatenus infra sex dies, a presentatione, notificatione, publicatione, et requisitione vobis facta, seu factis de huiusmodi mandato nostro imo apostolice obtemperata, dictos magistrum, marchatum, preceptores, commendatores, advocatos, aliosque quoscumque in ipso ordine administrationes, et officia quecumque habentes, ac fratres eosdem, et omnes alios et singulos quos noveritis in premissis et quolibet premissorum quomodo libet contraditores, impedientes, rebelles, vel contra ea seu eorum aliquid facientes, aut dantes scienter quibuscumque quomodo libet consilium, auxilium, consensum, vel favorem, aut super ipsis vel ipsorum aliquo, quo-

-rum


=rum quorum nobis fiat assignatio predicta
de civitate et castro memoratis, quodcumque pre-
stantes, quomodocumque et qualitercumque impe-
dimentum, et etiam ipsos et eorum quemlibet;
qui huiusmodi nostrum interdictionem violant
aut violari faciunt, compellunt, seu prom-
vant, quos nos sex dies monitione canonica
premissa, in his scriptis excommunicationis
sententiam modernam singulis diebus domi-
nicis et festivis in Synodis, in quibuslibet eccle-
siis vestris, et extra in sermonibus, et omnibus
aliis et singulis actibus solennibus, et publi-
cis pulsando in eisdem ecclesiis talibus campai-
nis, si ibidem sint, que etiam extra ipsas ec-
clesias, et per loca in quibus huiusmodi de-
nuntiationem fieri contigerit, longe audiri
valeant, candelis accensis et extinctis, nomina-
tim cuiuscumque gradus, status, ordinis, dignita-
tis, aut conditionis existant, anathematis etis,
imo anathematisatos et excommunicatos, clerumque
ipsorum, et populum, universitates, ecclesias,
et capellas, et omnia alia loca predicta, eorum
juri, dominio, subjecta, seu constituta nostros
processus et sententias invidisse, et ecclesiasti-
ca supposita interdito solenniter, et publice,
sive iteratis requisitionibus donec a nobis, vel su-
periori nostro absolutionem obtinere meruerint,
et relaxationem, nuncietis nullusque vestrum quo-
modolibet coram ipsis in predictis locis, aut etiam
aliis, quam diu ibi moram traxerint, ac etiam
per triduum post ipsorum receptum, penden-
tibus huiusmodi excommunicationum et inter-
dicti sententiis nisi in quantum a jure permittitur
celebrare

celebrare, vel celebrari divina mandet, aut quantum
in vobis, et quolibet vestrum est, permittat vel fa-
ciat sub pena excommunicationis predicta, quam
similiter dicta canonica premissa in vos, et ve-
strum quemlibet ferimus in his scriptis, et sub
aliis penis coram et contra taliter celebrantes,
et celebrari mandantes in jure promulgatis. Vos
vero dominos archiepiscopos et episcopos, quos ob
reverentiam pontificalis officij volumus sic no-
stris sententijs ligare, eadem auctoritate requiri-
mus quatenus infra sex dies a scientia presen-
tium in Synodis vestris personaliter, et in aliis
actibus per vos alium, seu alios, in singulis ecle-
siis vestrarum civitatum et diocesis, ad denuncia-
tionem predictorum ac cuilibet ipsorum pre-
missis modo procedatis, et a celebratione coram ipsis
et locis predictis facienda desistatis, alioquin vo-
bis et cuilibet vestrum hujusmodi canonica mo-
nitione premissa, ecclesie interdiximus ingressum
in his scriptis, et infra alios sex dies prefatos,
se immediate sequentes si predicta non adimple-
veritis, vos et vestrum quemlibet canonica moni-
tione premissa suspendimus a divinis. Si ve-
ro quod abest infra alios sex dies prefatos duo-
decem immediate sequentes, que vobis et vestrum
cuilibet tenore presentium mandamus, non
servaveritis cum effectu vos et vestrum quemlibet
dicta canonica monitione premissa, excommuni-
cationis sententia innodamus. Ceterum si ma-
gister, mareschalcus, et fratres ac alij predicti
ex locutione, et aliis, quibus participans labitur
in minorem, fortius indurescant, et alias a se-
dis apostolicæ devotione et obedientia, obstinata
elatione

elatione se subtraxerint, eorum participantium
ipsis vel ipsorum aliquo, servatis his super huius
jure statutis sub penis et sententiis ante dictis
consimili censura dampnetis, absolutionem omni-
um et singulorum qui huiusmodi sententias no-
stras seu earum aliquam incurrerint, nobis vel su-
periori nostro tantummodo reservantes in signum
executionis per vos facte reddite per presentem no-
strum processum vestris sigillis sigillatum, aut per
patentes literas vel instrumenta publica, nos cer-
tificantes eisdem sigillis sigillata. In quorum o-
mnium et singulorum testimonium presen-
tem nostrum processum per Eghardum de Bas-
dow notarium subscriptum publicari mandavi-
mus et sigilli nostri appensione muniti. Da-
tum in castro Lealis Osiliensis diocesis sub an-
no a nativitate domini millesimo trecentesimo
quinquagesimo quarto Inditione septima die
vigesima tertia mensis octobris, hora vesperearum,
vel quasi pontificatus sanctissimi in Christo pa-
tris, ac domini domini Innocentij divina provi-
dentia papae sexti anno secundo. Presentibus ve-
nerabilibus viris dominis Petro Arnophi cano-
nico Upsalensi, Holstano priore, Forvabo paro-
chialis ecclesiarum et Vernerio de Brindebinth
clerico Arosiensis et Brandeburgensis diocesis,
testibus ad praemissa specialiter vocatis et rogatis.

Et ego Eghardus de Baldow clericus
Verdensis diocesis publicus aposto-
lica et imperiali auctoritate nota-
rius praedictis assertioni requisiti-
onibus, mandatis, inhibitioni, inter-
dicto, suspensioni, sententiarum
innovacioni.

innodationi ac omnibus aliis et singu-
 lis præmissis una cum ante dictis testi-
 bus presens interfui, eaq; sic fieri vi-
 di et audiui, et de mandato supra dicti
 executoris presentem prolessum per
 alium scribi seu alius negotiis legitime occupa-
 tus et in formam publicam instrumenti redege-
 quod in eis signo et nomine in testimonium præ-
 missorum roboravi sub anno, indictione, die, men-
 se, hora, ac pontificatu quibus supra.



Faint, illegible text in a historical script, possibly Latin or German, covering most of the page. The text is written in a cursive hand and is largely obscured by the binding and a diagonal strip of paper.

REPUBLICA LIBERTATIS
1791

A

